

les nos præbimus, ubi amici aduersa fortuna jacentur, si nostra Christiana fuerit amicitia. Abbas de Monmorel serm. in 2. Evangelium Ad-ventus.

Cum Dei Filius Apostolis dixit, eosdem gavissimos fuisse, quod ad Patrem rediret, si ab ipsis vere diligeretur, non inuit se ab eisdem nequaquam dilectum fuisse, verum significat solum amorem eorum nimis fuisse naturalem, qui si defractor, & magis spiritualis fuisset, ejus discessus non dolorem, sed læticiam ipsis fuisset allaturus. Cum aliquem vere diligimus propter ipsum, & propter ejusdem utilitatem diligendus est, alioquin nosmet in amicis amamus neque amicos propter ipsos diligimus. Hic est communis humane amicitie defectus, quo Apostoli ipsi laborabant Dei Filium amantes: amabant quippe propter eam qua afficiebantur, voluptatem ex ejusdem consortio, propter consuetudinis ejusdem suavitatem, propter leuitatem, qua ipsorum ferebat infirmitates, & propter bona que singulis momentis percipiebant; ideoque morerem prohibere non potuerunt, illum quam primum audientes abiturum. Quamvis enim dixisset, nisi ipse in Cœlum ascenderet, super illos Spiritum Sanctum non descenderum, maluissent Spiritum Sanctum non recipere, quam Salvatoris aspectu carere. Idem tomo tertio in honori. Dominici. Pentecost.

Fauci sunt veri amici Christiani.

Si fidelium amicitias ad examen revocare velimus, patebit profecto omnes fere ex vili quadam utilitate profectas, & propter vitæ hujus necessitatem dumtaxat fovendi. Id si nosse cupis, perpende licet varias causas, quæ diffensiones gignunt, & quæ in hominibus pariunt inimicitias. Cum enim amicitia humanis tantum, fluxiveque rebus innitatur, ardens & jugis esse non potest: ad quamlibet contemptum, zelotypie, utilitatis auram evanescit: non enim anime adhæret cœlesti illa radice, quæ nostras fovet amicitias, easque firmas, atque stabiles efficit. Quæ inter homines in JESU CHRISTO conjunctos intercedit amicitia, solida est, constans, invicta, nullis suspitionibus, calumniis, periculis, immo neque ipsa morte inhiærenda. Qui amat eo, quod amat, ubi aliqua ab amico afficiatur molestia, non amplius amat. S. Chrysostomus adhortatione in 22. S. Matthæi cap.

Vera amicitia rara est, sed licet hodie extorris projecta videatur, occurrunt in dies tamen ejusdem exempla. Corruptio non adeo universum terrarum Orbem infecti, ut nemo incolis evasit: bona fides, integritas, non sunt mera atque inania nomina, immo res sunt, quæ quotidie ob oculos accidunt. Has habere qualitates, & alterum, cui insint, cognoscere, satis est ut jungatur amicitia. In eo tamen tota res vertitur, ut virtus hæc ad amicitiam Christianæ dignitatem attollatur. Abbas de Monmorel in peculiari tract. de amicitia.

Amoris, & amicitie discrimen.

Talis est amoris natura, ut sine ulla cognitione, & sæpe fortuito nascatur, atque donec viger, sit instar ignis comburentis quidem, sed sine lumine. Hoc de amicitia dicendum non est: ex meritis, & ratione ortum trahit, existimatione alitur, & confidentia: ignis est, sed menti lucem affert, animum vero fovere potest, non urere. Cæterum hæc virtus ideo tantum rara est, quia nobilis. Profecto amicitia essentialiter requirit probitatem, prudentiam, generositatem, vel ut paucis omnia complectar, ut perfectus habearis amicus, opus est te perfecte esse honestum. Ita ratio eadem, propter quam pauci sunt in terris amici, efficit, ut propter amorem proprium quilibet se amicum esse gloriatur: cum enim aliis persuadere vult se bonum amicum, innuere vult, se ideo sincerum esse, fidelem, generosum. Idem.

Amicitia bona.

Quas autem nobis utilitates parit amicitia? afferere possimus hanc in utraque fortuna vitæ oblectamentum esse, & suavitatem, bonorum quidem omnium condimentum, malorum vero medicinam. Que enim prosperitas placeret si sine teste gauderes? vel quam tristis esset ærumna, nisi est condolente amico aliqua suavitate afficereris? triplex dumtaxat bonorum est genus, honestum, utile, atque jucundum: honestum honestatem parit, utile utilitatem, jucundum voluptatem: una amicitia hæc omnia simul bona largitur. Idem in peculiari tract. de ami.

Utilitas, & voluptas, quæ ex

Quid utilius duorum amicorum necessitudine, qui ut ita dicam mente ad mentem vel potius a animo loquuntur ad animum? in hujusmodi liberis

fincerisque colloquiis mutua sit cogitationum, cognitionumque permutatio, ubi lumina a singulis acquisita sine communicantis detrimento vicissim communicantur, & ubi alteruter fide alterius jactura discit; sed eam, quam amicitia parit, voluptatem melius experiri licet, quam exprimere. Amici cordis latebras omnes scrutari, illi cor suum tanta confidentia, quanta sinceritate detegere, illum prævertere beneficia conferendo, ab eodem recipiendo præverti, eadem affici lætitia, vel ipse de te, vel de eodem tu merearis optime; experiri doloris nostri immutationem, ubi ille partem sibi vendicat; & lætitiæ incrementum, cum & ipse lætatur; eidem, ubi indignetur, celeriter opem adferre, atque illius gignere felicitatem, cum in maxima prosperitatis juvenitate nihil jucundius sit, quam amicum ejusdem facere participem, fingi ne potest gratior, majorque voluptas? Idem.

Certum est amicitiam inter duos tantum esse posse; difficile inter tres. Cor non ideo factum est, ut dividatur: dimidiatum dare, idem est ac nihil profus dare; dare pluribus, idem est ac dare nemini; plurimum deperit de confidente voluptate, si dividatur; alioquin vero secretum longe minus tutum est, ubi multorum manibus teritur. Non ideo tamen dixerim, benevolentiam nonnisi inter duos esse posse, & cæteros homines nullo in discrimine habendos. Cor pro uno tantum esse potest; licet plures digni esse possint nostra existimatione, & amore, atque mereri, ut iisdem nostra præbeamus officia. Amicitia zelotypia non laborat: corda, animosque dilatat, non coarctat: permittit ut sis bonum universale, dummodo apud te principem, distinctumque locum amicus obtineat, & omnibus antefatur.

Dolor ob amici jacturam.

Nulla jactura cum fidelis amici jactura conferenda est. Natura universa faciem immutasse videtur; dies magis fereni nobis nubili sunt; cogitationes tristes, somnia funesta, quidquid circum nos est, displicet, vel alienum videtur. Indesinet eo, quod amittimus, occupati, reliqua omnia nullo in discrimine nobis esse videntur. Nequiquam conaris lenire dolorem, curas ipsas, quas sedula suscipit benevolentia, fastidiosus; quocumque trahitur, non sequitur dolor, quacumque menti nostræ cogitationes ingeruntur, eo temper reverentur, ut amici jacturam desileamus. Si mens ipsa evanescit, amicum quasi adhuc viventem inquirimus: suavis versabamur, sed illic vix pedem intulimus, cum omnia nos morore conficiunt. Solitudo nobis est jucundissima societas, & si præterea aliquem patimur, ille est, qui dolori nostro non adversatur, sed illum alit, fovet, & nobiscum partitur. Illi quibus cor animum non est, & qui hujusmodi jacturas sunt passi, quid dicam, intelligunt. Sacy tract. de amio.

Ideo nulli ferme in terris inveniuntur amplius amici, quod omnes proprie student utilitati; nulla habetur aliorum ratio, nisi quatenus profunt. Integritas tamen est veluti anima amicitia; sed pauci inveniuntur amici ab omni utilitatis cogitatione vacui: qui largitur, beneficium amplificat; qui recipit, illud imminuit: leviuscula molestia appenditur in statum, ut cum maximi momenti gratia exæquetur: qui ex animo ea non pollicentur officia, quæ ex ipsis petuntur, ne illi quidem melius facerent, si omnino negarent: dolor, qui in eorum faciem sese prodit, negotium illis facit, quibus gratificari arbitrantur. L. Abbe Girard de Ville Thierry tract. de Adulatione.

Amici se mutuo ad monere, & corrigere debent.

Non postremum inter præcipua amicorum officia illud est, ut utro citroque se corrigant, atque admonent, & monita, atque redargutiones æqui bonique faciant. Apagæ cæcos amicos, qui indiscriminatim quæcumque amicus fecerit, probant; amicos adulatores, qui amicorum defectus excusant, & approbant, metuentes ne si corripiant, molestiam adferant. Apagæ hos molles amicos qui salutaria amicorum monita recipere nequeunt, qui doleant. Hujusmodi cæcæ, atque adulatrici necessitudines mundanæ amicitie characterem constituunt: ad viri boni profus aliter consueverunt. Cum enim se mutuo diligentes suum tantummodo in virtute profectum inquirant, nihil illis gratius accidere potest, quam si defectus sui ob oculos obiciantur ut corrigi possint; atque sciunt non meliorem amico operam præstari posse, quam si ubi erraverint, admonentur, Corripere, Salomon in-

Inquit, amicum tuum, ne si temere peccaverit, se innocuum putet, atque iterum labatur in foelus, ibique perseveret, ubi illud cognoverit, quod correptus non fuerit. Addit etiam Div. Ambrosius non esse a correptione cessandum, licet amici correptionibus non moneantur; immo quamvis injuria ab amicis redargueremur, quia successeramus, eorum zelum commendare debemus, eisque gratias habere; nisi enim illi nos vehementer amarent, operibus nostris minime invigilarent, & nos minime redarguerent. Auctor Neotericus, & Anonymus.

Principes amicitiam sciunt.

Principes ut plurimum amicitiam voluptatem non norunt. Sublimis illorum dignitas vel aliis adjum obstruit, vel alios exhibet contemptibiles. Reverentiam, quæ honori debetur, cum amicitia, quæ debetur personæ, confundunt. Se coli magis cupiunt, quam amari; vel si aliorum amorem conciliare sciunt, ipsi tamen nunquam amant. P. Massillon in Panegyrico Principis de Conty.

Amicus alterum cenere corripere.

Ut in amicitia generosam illam tueatur libertatem, quam Sanctus Augustinus se plurimi facere testatur: ubi est libertas amicitia? cum amicum aberrantem cernimus, illum statim in viam revocare tenemur: Si deliquerit, quin delictum agnoscat, le viter admonendus est, etique ob ocu-

los malum obiciendum: neque illi unquam indulgere nos decet, cum quod cupit, adversatur Deo, & quod agit, agenti asserre potest interitum. Veri amici est tunc amico resistere; proditor esset, qui eum sequeretur. Quamvis primum quidem gravissimè esse possint objurgationes illi, quem corripimus; hic tamen, ait Sanctus Augustinus, gratias nobis habebit postmodum, atque fateritur, nisi eidem oblitissimus, nos interitus sui causam futuros fuisse, & una cum ipso fuisse inrerituros. Qui aliam agendi rationem sequuntur, & qui sua metiuntur verba, prout placent, vel displicent illis, quorum aucupantur gratiam, quod insignis est illorum auctoritas, & non inutilis amicitia; illi vere sunt, qui scandalum afferunt, & animas in præceptis impellunt: quoniam illos in omnibus excusant, & ipsam etiam approbant iniquitatem, ut iniquis adulentur. Hi quidem sapientes videri possunt humana sapientia, & ab illis laudari, quorum dux passio est, & finis utilitas; sed illos abominantur quicumque veritatem diligunt, immo aliquid illi ipsi, quos turpi indulgentia interire passi sunt, eos detestabuntur. Liber cui titulus: Instructio Chretienne in Evangelium secundæ Dominiæ Adventus.

A M O R D E I . M O N I T U M .

Hoc argumentum ex illis est, in quibus verum copia atque varietas obrugere potius, & confundere possunt Concionatorem, quam eidem materiam ad sermonem replendum suppeditare. Cum magnum sit, ubi non exquisitissimum afferendum est. Difficile tamen est aliquid novi in hoc argumento invenire post ea, quæ Sancti Patres, Ascetici, & Concionatores ipsi attulerunt: ea enim omnia edita sunt, quæ vel mens excogitare, vel animus potius experiri. Ut igitur aliquem huic rei ordinem afferamus, illud primum supponendum est, hoc in loco sermonem inquisi solum de amore, quo nos Deum prosequi debemus, non autem de eo, quo Deus homines promissis rationibus una, quæ ad Dei amorem excitandum maxime valet: & hoc pacto rerum illarum, quæ a charitate erga Deum dumtaxat verba facere, quin loquamur de illa, quæ proximo debetur, scilicet pertrahere possunt in sermone de amore Dei, ad aliquid ex subsequentibus capitibus esse referenda; ad Divine hujus charitatis præstantiam, præceptum Dei; modum, quo est adimplendum; rationes, quæ amorem excitare, atque inflammare possunt; insignes effectus, quos gignit in nobis; quomodo sacer hic ignis foveari, atque alii debeat; ac tandem ad actum, & adualem virtutis hujus exercitationem, vel habitum, qui vulgo cum sanctificante gratia confunditur. Ad hæc omnia capita referuntur illa, quæcumque in hoc argumentum congestimus.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Concionum in hoc argumentum Synopsis.

I. Concionis partitionem indigitare possunt hæc Divi Bernardi verba: Duplicem ob causam diligendus est Deus; quia nihil justius, & quia nihil diligere fructuosius potest, suo scilicet merito, & nostro commodo. Punctum primum. Nihil justius. 1. Quia actus est justitiae ea amare, quæ amari merentur, & quæ bona, atque perfecta sunt. Hic uberimus quidem patet campus de perfectionibus Dei discedendi, quæ sunt dignissimum nostræ affectionis objectum: unde inferendum est maximam, nequissimamque injuriam patrare, qui Deum amare detrectat. 2. Quia Deus sui habet in omnes nostri cordis affectus, quatenus Creator, qui nobis & esse, & vivere dedit, qui nos tuetur, & sine quo ne uno quidem momento subsistere possumus; ubi recensenda sunt præcipua beneficia, quibus largitas nos cumulavit, & quorum singula divina amorem nostrum promoverentur. 3. Quia ipse prior dilexit nos, neque enim æquius aliquid esse potest, quam diligentes diligere. Hæc etiam optima est ad amorem conciliandum via alios sua dilectione prævertere. At quantum fuit Dei erga homines amor, erga nos vero præferimus &c. Punctum alterum. Perpendendi sunt fructus, quos ex nostra erga Deum charitate recipimus. Licet in amore utilitas spectanda non sit, hæc ta-

men facit ut ad amandum magis magisque excitentur. Prima igitur, quæ inde in nos emanat utilitas, hæc est, quod charitas nostrum meritum, nostramque magnitudinem coram Deo constituit; hæc est mensura existimationis, quam de nobis fovet, & dilectionis, qua nos complectitur: ad hæc fons est omnis nostræ felicitatis in terris, atque in cælo: & propterea hanc Sanctus Bernardus anime quantitatem appellat, quæ fit major aut minor pro ejusdem charitatis mensura... Hac in re perfectio, & sanctitas nostra consistit, ita ut quæcumque aliunde merita habere possumus, nihil sint, si charitas abest. 3. Nostræ charitatis mensura in terris, in cælis erit gloriæ nostræ mensura. Omnium harum veritatum argumenta haut operosum est invenire, atque amplificare; moralis autem, quæ hinc est haurienda, affectu referentissima esse debet. Hæc tandem erit conclusio, Dei amorem primum esse debere atque potissimum hujus vitæ negotium, ut beatam hanc exercitationem in omnem producere liceat æternitatem.

Alteræ sermonis partitio esse potest. 1. Rationes magis valide, quæ nos ad Deum diligendum impellunt. 2. Modus, quo diligendum est; quæ justæ Concionis utramque partem conficere possunt. Pars prima. Rationes, quibus Deum tenemur diligere, in tribus illis Evangelii verbis continentur:

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

Diliges Dominum Deum tuum. Bonum, quod est amoris obiectum, triplici ratione considerari potest, unde triplex amoris species existit: si enim in seipso spectetur, perfectio vocatur, atque a nobis exigit amorem iustitiz, quem iis omnibus debemus, quia in se bona sunt, atque perfecta. Si hoc bonum effulgeat, atque extrinsecus sese prodatur, ita ut placeat, alliciat, tunc Pulchritudo vocatur, quae non aliud est, quam bonum, quod placeat, alliciat, & vim quodammodo affert, ut diligatur, Si demum bonum hoc sese communicet, atque est ndat extrinsecus, Liberalitas appellatur, quae ex beneficii studio proficitur, atque gratitudinis amorem exposcit. Cum autem Deus non solum bonus sit, sed unice bonus, quemadmodum inquit Evangelium; neque tantummodo bonum, sed etiam omne bonum, quemadmodum ipse Moysi testatur est; est etiam triplicis huius amoris obiectum, Iustitiz, Affectus, & Gratitude. Est etiam perfectissimum nostram dilectionem meretur; hanc notio est, quam nobis effingimus de Deo, *Diliges Deum.* Illius pulchritudo omnia hominum corda allicere potest, atque in illis per hanc suam imperium constituit, quemadmodum inquit Propheta: *Specie tua & pulchritudine tua &c.* quod per illa intelligere possumus verba: *Diliges Dominum.* Denique infinita ejusdem beneficia omnes animi nostri gratos sensus exquirunt, quoniam per eadem totus est noster; *Deum tuum.* Quae tria ubi fuerint diligenter enucleata, atque explicata, fieri nequit, quominus in nobis Dei amor exciteetur.

Pars altera. Quomodo Deum amare nos deceat ab ipso Dei precepto edocemur in illis Evangelii verbis; *Diliges ex toto corde tuo, & tota anima tua, & omni mente tua.* Debemus illam ex toto corde diligere: hic explicandum est quomodo hanc verba intelligi oporteat; non fecus ac quid sit ex tota mente diligere; & rationes afferre, quae passim apud eos omnes occurrunt, qui istud argumentum pertractant; & demum quid sit illud ex tota anima, totique viribus amare, quod cum illa cohaeret S. Bernardi sententia, ubi ait veram rationi amoris erga Deum mensuram hanc esse, ut sine mensura diligamus.

III.

Tertia haec esse poterit Concionis partitio; amorem videlicet nostrum erga Deum illi conformandum esse, quod nos Deus ipse profequitur, atque charitati nostrae, data tribuit, eandem tribuendas esse dimensiones, quas tribuit S. Paulus Divinae erga nos charitati, his verbis: *Ut possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quae sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum.* 1. Deus tota cordis sui latitudine amat; ideoque omnem cordis nostri latitudinem expedit: *Diliges ex toto corde tuo;* videlicet nullam partem divisionem, exceptionem nullam: cor nostrum in totum quantum est petit; ita ut nihil ametur, nisi in ipso, & propter ipsum &c. 2. Amoris eadem longitudo omnem complectitur aeternitatem; in charitate perpetua dilexi te: in omni aeternitate, quae praecessit, nos amavit, amabitque per omnem, quae sequetur, aeternitatem, & exigit, ut anima nostra, quae est immortalis, quae illum & cognoscere, & diligere potest, eundem diligat semper; ut amor sit constans, atque aeternus, namque nisi velis, nihil charitatem eripere potest: *Diliges ex tota anima tua.* 3. Sublimitas atque profundum amoris divini illinc intelligitur, quod cum id ille sit, quod est, dignatus est in nos oculos suos convertere, nosque sine ullis meritis nostris amare: ideoque jubet, amorem nostrum supra creatas quascumque res attingi, ipsum ante cetera diligamus. Hoc autem intelligendum est per ea verba: *ex omni mente tua;* amore videlicet existimationis, & praetentionis.

Deus est principium, & finis, atque propter duplicem hanc qualitatem ex toto corde, tota anima, mente, viribusque omnibus est diligendus.

IV.

Pars 1. Deus primum principium est, propter quod sumus, ideoque ad ipsum pertinemus. Ipse jus habet in omnes nostri cordis affectiones, quod neque potest Deo reddere, quicquid debet eidem. Hoc natura ipsa nos docet; hoc leges omnes divinae simul, ac humanae praescribunt; & quemadmodum in ordine charitatis illi sunt anteferendi, quibus vita ipsa accepta referenda est; liquido patet Deo possitiam cordis nostri sedem esse devovendam &c.

Pars altera. Noster finis est: in illum amore quidem necessario ferri, verumtamen libero tantum amore ad eundem pervenire debemus. Numquam felices erimus, nisi Deum diligentes. In eo autem latius profertur debet Oratio, quod Deus propter se cor nostrum effinxit, & Deus cordis ejusdem est finis, & cor ipsum semper inquietum est, donec in uno Deo requiescat.

Sanctus Chrysostomus in Psalmo quadragesimo primo tria esse ait, quae hominum amorem conciliare consueverunt, scilicet perfectiones, quae alicui insunt, beneficia, quae nobis contulit, & amorem, quo nos prosequitur. Haec autem tria in gradu praestantissimo inveniuntur in Deo, ostendendum est. 1. Quam vim Divinae ipsius perfectiones habere debeant ad charitatem nostram inflammendam. 2. Quot beneficiis quibusdam veluti vinculis nos sibi conjunxerit. 3. Quo nos amore praevererit, ut nostrum mereretur amorem.

Ostendi potest quomodo Divinum charitatis praecceptum servandum sit.

1. Illum amare debemus amore plenitudinis omnem ipsius legem servantes: *plenitudo legis dilectio.* Qui enim in una tantum re deliquerit, charitatem evertit; hic amplificari poterunt illa Salvatoris verba, ubi se ab illis amari ait, a quibus sua praeccepta servantur.

2. Amore unico diligendus est. Quinam autem hic amor est, qui uni illi debetur? Quemadmodum cultus illi unico debetur, unicus etiam esse amor debet adorationis, desiderii, jugisque perquisitionis, cui ens illud infinitum solummodo potest terminos asserre. Amor hic explicandus est; qui non est aliud quam hoc perenne desiderii, atque attentionis tributum erga postremum finem nostrum, in quem omnia consilia, actiones omnes intentae esse debent.

3. Amandus est amore praetentionis: ita ut fides, quam illi debemus quascumque alias considerationes contemnat. P. Bourdaloue in iis sermonibus qui ejusdem nomine circumferuntur.

Duplex ratio, propter quam non diligimus Deum, licet ad ejusdem amorem nata, & gratia intelligamur. Prima est cecitas nostra: non cognoscimus enim, quam amabilis Deus sit, neque amoris, quem eidem debemus, naturam intelligimus. Licet enim erga cecis afferendum est, atque ostendendum quo magis dignus sit Deus, & quomodo sit diligendus. Altera est nostri cordis duritia, & ingratitude, quae ipsi Deo hac terrena anteposit. Adnitendum ergo, ut cordis hac duritia molliatur cogitatione beneficiorum Dei, & amoris, quo nos ille primus dilexit.

Primo injuria, qua laedimus Deum eidem cor nostrum denegantes, quod tamen omni jure debetur eidem, cum noster Creator sit, Dominus, Redemptor, & ille, qui per sui ipsius possessionem futurus est summa nostra felicitas. Haec omnia jura simul perfringimus.

Secundo injuria, qua nosmetipsos afficiamus. Nos enim in nullam reditus spem in interitum praecipites damus, immo neque in hac etiam vita contenti esse possumus &c.

Praecceptum amoris Dei duo praecipua complectitur officia, quae Concionis partitionem praebere possunt: primum est, Deum amandum praeceteris rebus eo praetentionis amore, ut quacumque alia eidem posthabeamur: alterum Deum unice amandum, hoc est, nihil aliud amandum cum ipso, nisi propter ipsum amorem ametur. La Font.

1. Quid sit amare Deum, uti decet, & in quo ea consistat charitas, quam Deus petit & jubet: *Diliges ex toto corde &c.* 2. Praeccepti huius aequitatem, atque iustitiam expendere, rationes ejusdem asserendo. P. Texier in Domin. Domin. 12. post Pentecost.

Cum omnis amor oriatur in nobis, vel ex cognitione meritum, quae insunt illi, quem diligimus, vel ex gratitudine ob ea beneficia, quae accepimus; id amamus quod est amabile, & id amamus, a quo amamur. Quam ob rem ut ad Dei amorem excitemur, videbimus primum illum, a quo noster amor expetit, esse infinite amabilem; deinde vero nos ab eodem infinite amari. P. De la Colombiere.

De charitatis praeccepto. Primo, Praecceptum hoc Magnum est propter extensionem; etenim omnes homines obligat, ac nulla praetexti potest excusatio. Secundo, Magnum est propter diuturnitatem; cuncta epim amplectitur tempora. Tertio, Magnum est

V.

VI.

VII.

VIII.

IX.

X.

XI.

est propter utilitatem, quam inde percipimus. Desumpto ex Dictionario morali.

XII. Ut perfecta charitate diligamus, requiritur 1. Obiectum, quod omnes in se perfectiones contineat; hoc autem nonnulli Deus esse potest. 2. Exemplar quod eam amoris perfectionem, quae ostendendum est, nobis ostendat. Hoc autem exemplar ipse Deus est in ea dilectione, qua nos complectitur. 3. Sapiens Magister, qui nos doceat, & dirigat; hic autem est Filius Dei dicens: *Diliges ex toto corde &c.* Auctor recentior, & Anonymus.

XIII. 1. Nihil exaequat vim amoris Divini, uti videre est in Martyribus, iisque omnibus, qui eundem vere dilexerunt. 2. Nihil exaequat eam suavitatem, qua Deum vere diligentes perfunduntur. Sermo manus. P. Stephani Chamillart.

XIV. Quid amor Dei in nobis efficere debeat. 1. Curam rerum omnium, bonorum, consanguineorum, amicum &c. superare debet. 2. In omnia debet influere; namque sine charitate nihil sumus, cum charitate omnia habemus, & omnia uni Deo accepta referre debemus. 3. Regit omnia, & omnia ab amore Dei sunt regenda &c. P. Nepveu tom. 4. considerat. Christ.

PARAGRAPHUS II.

Fontes atque Auctores, unde rerum copia suppetit ad conciones huius argumenti elaborandas.

Sancti Patres. Inter Patres Sanctus Augustinus saepius, atque passim in operibus suis hac de re sermone instituit. In quarto operum ejusdem tomo librum integrum de substantia dilectionis invenies: & quamvis illius opus hoc esse minime censetur, plurima tandem non spernenda complectitur. Ibi vero inter cetera videri potest amoris generatim sumpti divisio in amorem ordinatum, quem Auctor cupiditatem appellat, & amorem, qui ordinem servat, ab eodem Charitas nuncupatur. In libro de Conspectu vitiorum & virtutum, qui & ipse Sancti Augustini opus minime existimatur, sed in nono operum ejusdem tomo refertur, de duplicis amoris conflictu, amoris nempe Dei, & mundi tractatur. Idem sermo. quinquagesimoquarto de verbis Domini tom. decimo loquitur de effectibus amoris Dei, & de amore mundi. Tomo 1. in libro de moribus Ecclesiae capit. decimoquinto fufius explicat quomodo in una charitate virtutes omnes contineantur. Tomo 3. in Enchiridion fides, atque spes inanes esse, omniaque praeccepta ad amoris Dei praecceptum referri ostendit. Scripti tractatum de laudibus charitatis, ubi ea omnia videntur, quae in virtutibus huius encomium possunt excogitari. In libro humilium quinquaginta homilia trigesima septima agit de ordine, quem charitas habere debet; quomodo crescat, atque perficiatur. Tomo 4. lib. de Catechizandis rudibus cap. 4. ostendit quomodo a nobis amandus sit ille, qui prior nos dilexit. Tomo 9. libro, qui inscribitur Manuale Auctoris incerti, cap. 24. religiosissimi sensus adfunt, atque aptissimi ad homines Dei amore inflammandos. Alibi etiam passim de Amore Dei sermo est: lib. 15. de Trinit. cap. 18. in Psalm. 34. 39. 53. 55. 66. In tract. 123. in S. Joanne cap. 4. lib. 10. de Civitate Dei, & lib. 4. cap. 28. in libro de Agone Christiano. In sermone 72. de tempore, & alibi passim.

S. Basiliius homilia 16. in Psalm. 114. loquitur de vi charitatis, atque illa Apostoli amplificat verba: *Quis non separabit a Charitate Christi &c.* Idem libro de regulis, & libro de vera virginitate.

Sanctus Gregorius lib. 25. moral. ostendit nos Amore Divino esse debere succensos. Idem lib. 28. illa explicans verba Job: *Quis conclusit ostis mare?*

S. Hieronymus in Epist. 22. quae est ad Eustochium, ostendit charitate labores, doloresque omnes leniri. Theodoretus eximiam habet de charitate Orationem.

S. Ambrosius Orat. de fide resurrectionis. Origenes homil. 2. expof. 1. in Cant. docet, quinam ordo in Dei amore debeat inveniri. Idem homil. 3. expof. 2. Idem in Epist. ad Rom. ostendit jugum Domini per Dei Amorem levius fieri, atque suavius.

S. Chrysostomus homil. 52. in Acta Apost. laus probat gloriosum esse pati pro Amore JESU CHRISTI. Idem homil. in Epist. ad Roman. pro Honory Bibl. Tom. I.

bat nihil obesse, vel adversari posse diligentem Deum.

S. Bernardus pulcherrimum edidit de Deo diligendo tractatum, ubi hoc argumentum fufius pertractat; sed inter cetera fufius persequitur meritum beneficiorum Dei ad amorem ipsius excitandum. Quam plur etiam habet ad hoc argumentum spectantia serm. 1. 10. 28. 43. 52. 74. 79. in Cantica.

Dionysius Chartusianus, p. 2. Opusculorum lib. 4. qui integer huius est argumenti.

Si nosse cupis varios effectus, quos in animabus amor operatur, legenda sunt opera S. Dionysii Areopagite, quae scilicet eisdem nomine circumferuntur, Opera S. Theresiae, alique Auctores mystici, quibus hac in re peculiaris est lingua, nonnisi cum moderazione a Concionatoribus usurpanda.

Didacus Stella libro integro de Amore Dei. Aescici. Bernardinus Rossignolus, de Disciplina Religiosa lib. 3. cap. 6.

Petrus Sanchez lib. de Regno Dei. Jacobus Alvarez tom. 2. lib. 3. pag. 2. cap. 5. S. Franciscus Salesius ingens edidit volumen unctione refertissimum, ubi nihil praetermisit, quod ad hoc argumentum pertinet.

Ludovicus quoque Granatenfis duos, eoque amplos tractatus edidit, ubi de charitatis praestantia, atque utilitate; de virtutibus & exercitationibus, quibus acquiritur, necnon de rationibus, quibus excitatur, late differit.

P. Saint Jure librum habet de cognitione, & amore Domini nostri, in cuius prima, alteraque parte de amoris huius exercitatione, atque affectibus verba facit.

Boudon, lib. 3. Christiani incogniti. P. Croiset tom. 2. recessuum pro una die quibusque mensis.

Plurima etiam fere infinita suppetit librorum suppellex in hoc argumentum, quos referre singillatim immensus laboris esset.

Biroat in Adventu concionem habet de mundi insensibilitate damnata ab Incarnatione, quam vocat amoris mysterium, ubi ostendit quantopere Deum amare mortales teneantur.

Idem in Concione pro tertia Quadrag. Dominica loquitur de cordis nostri divisione propter amorem, quem debemus Deo, atque ostendit primum dividi non posse imperium Dei, qui destruitur. 2. Injustam esse hanc divisionem, quoniam iustitiam Deo, quod ad ipsum pertinet, & quod ipsi debetur.

Inter sermones Ludovici Granatenfis 17. post Pentecost. Domin. sermo est de amoris Dei dignitate, atque praestantia, ubi ostenditur praecceptum quo a Deo ipsum amare jubemur, maximum esse, atque primum legis praecceptum; deinde vero docetur, quomodo ad huius Divini amoris perfectionem aspirare teneamur.

Inter paucas, quae supersunt Conciones, celeberrimi Concionatoris P. Coton, una est huius argumenti ad hodiernam concionandi rationem propius accedens.

Pulcherrima quoque, atque solidissima extra concilio inter eas, quibus P. Bourdaloue nomen inscribitur; altera etiam inter morales sermones, cujus synopsis superius attulimus.

P. de la Colombiete; Auctor serm. in omnia Christianae moralis argumenta; Lambert. homil. in 12. post Pent. Domin. P. Douneau, P. Texier, de la Volpilliere, alique sexcenti huius argumenti sermones ediderunt; & nemo sane conciones in vulgus protulit, quin aliquam in hoc ipsum argumentum fuerit elenbratus.

Ingenis etiam reperietur Auctorum numerus, qui Scripturae, Patrumque locos de amore Dei collegerunt. Inter ceteros tamen, qui sequuntur, celeberrimos videntur: Granatenfis in locis comm. Baucus in Viridario; Lohner; Auctor Alemannus. Praeter SS. Patrum locos plurima etiam alia in hoc argumentum collecta sunt, ubi apte eligendi ratio requiritur.

La Vega in lib. de Virtutibus & Vitiis. Dandinus in lib. cui titulus, Ethica Sacra; qui cum sit auctor emundae naris, nihil non exquisitum adfert in hoc argumento.

P. Nepveu in Christianis considerationibus tom. 1. pag. 120. habet multa in hoc Divini Amoris praecceptum, qui etiam tom. eodem pag. 236. tom. 4. pag. 72. loquitur de multitudine beneficiorum Dei.

BIBLIOTECA CENTRAL J. A. N. L.

Dei, & gratis eidem per amorem nostrum rependendis. In eodem tomo pag. 347. ostendit, quam late pateat hoc Divini Amoris præceptum. Tom. 4. pag. 142. de his verba facit, quæ hic amor in nobis efficit; & pag. 375. tom. ejusdem de cordis nostri divisione sermonem instituit.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, & Scripturarum applicationes ad hoc argumentum.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Deuter. 6.

Hoc tantum diligentissime præcavete, ut diligatis Dominum Deum vestrum. Josue cap. 23. Diligam te Domine, fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Psalm. 17.

Custodit Dominus omnes diligentes se. Psal. 144. Oculi Dei in diligentes se. Eccli. 34.

Ego diligentes me diligo. Prov. 8. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil desipiet eam. Cant. 8.

Fortis est ut mors dilectio; dura sicut infernus emulatio. . . Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Ibidem.

Præbe sibi mi cor tuum mihi, & oculi tui vias meas custodiant. Prov. 23.

Ordinavit in me charitatem. Cant. 2. Qui diligunt Deum, conservabunt viam illius. Eccli. 2.

Qui diligunt Deum, replebuntur lege ipsius. Ibid. In omni virtute tua dilige eum, qui te fecit. Eccli. 7.

Omni viâ tuâ dilige Deum, & invoca illum in salute tuâ. Eccli. 13.

Universa delicta operit charitas. Prov. 10. In charitate perpetua dilexi te. Jerem. 31.

Traham eos in vinculis charitatis. Osee 11. Si diligitis me, mandata mea servate. Joau. 14.

Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est qui diligit me, qui autem diligit me, diligitur a Patre meo, & ego diligam eum, & manserabo ei mecum. Ibidem.

Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & manseribimus apud eum faciemus. Ibid.

Igenem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut ascendatur? Luc. 12.

Finis præcepti est charitas. i. ad Tim. c. 2. Plenitudo legis est dilectio. Ad Rom. c. 13.

Si linguas hominum loquer, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans, aut cymbalum tintinnans. i. ad Corinth. c. 13.

Charitas nunquam excidit. Ibidem. Sciamini charitatem. i. ad Cor. c. 14.

Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? ad Rom. c. 8.

Certus sum quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque instantia, neque futura, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Jesu. Ibidem.

Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. i. Joan. 4.

Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, ut filii Dei nominemur & simus. Ibidem c. 3.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua: hoc est maximum, & primum mandatum. Matth. 22.

Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema. i. ad Corinth. 16.

Scimus quoniam diligentes Deum, omnia cooperantur in bonum. Ad Rom. 8.

Exempla Veteris Testamenti.

Generosus, constantis, probatissimique amoris exemplum S. Patriarcha Abraham nobis suppeditat. Namquam amor gravius periculum subit, neque magis unquam enituit ille prælationis amor, qui debetur Deo, quam cum ille unigenitum Isaac sacrificare fuit iussus. SS. Patrum hac in re enitit eloquentia. Non satis est Deo, S. Ambrosius ait, præcipere, ut filium sacrificet; immo filium ejus, vocat filium unigenitum, atque unigenitum ex toto corde dilectum: Tolle unigenitum tuum, quem diligit Isaac: Genes. 22. id autem, ut patrium amo-

rem torqueat, ut cor parentis optimi flectat ad misericordiam intendens filium, quem tanto amore prosequetur, ad aras vocari. Ad hæc jubetur Abraham in longinquum montem ascendere, ibi optatissimam victimam oblaturus; ut illo in itinere magis jacuram subeundam animo reputet, ut misericordiam amplior ad agendum locum tribuatur, ut benevolentia, atque misericordiam vividior sensus excitentur. Permittit præterea ut in via cum filio de sacrificio, quod est oblatum, colloquatur, & ex patre sciscitetur filius, ubinam comparanda sit victimam: quæ omnia eo consilio instituta fuerunt, ut liqueret utrum benevolentia in corde patris excitata efficere posset, ut Dei negligeretur imperium, atque ut amor ejusdem tot variis rationibus quasi quibusdam tormentis probaretur. Mirum esse debet, si postquam Abraham hoc pacto filii erga Deum amoris magnitudinem probavit, Deus eidem præclarum illud perhibuerit testimonium: nunc cognovi quod times Deum? neque putes hoc a Deo antea perfecte cognitum non fuisse: illud enim cognoverat, sed deinceps alia ratione cognovit, postquam periculum fecerat: quæ ob rem Patriarcham illum deinde amicum vocavit, eum vicissim summam dilectione prosequutus est, eumque subinde suis reverentissime benedictionibus cumulavit.

Duo de vestro Deuteronomio capite legimus Moyse nequaquam satis fuisse ante reliqua præcepta, quæ Dei nomine promulgavit, illud statuere, quo Deum ex toto corde omnibusque viribus amare jubetur; sed summus Legislator, in cujus corde hic amor insculpus erat, cum eundem imprimere quoque vellet in corde populi, cujus duritiam cognoverat, legi ipsi eas addidit rationes, quæ maxime valerent ut Israelitæ ad illud diligentissime servandum excitarentur, Divinas videlicet perfectiones, beneficia, quæ ab ipso receperant, atque illis etiam explicavit quomodo magnum hoc præceptum servari oporteret: Et nunc Israel, quid Dominus tuus petit à te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus, & diligas eum, & servois Dominum tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua, & custodiasque mandata Domini tui. Deinde vero populo eas exhibet utilitates, quæ ex hujus præcepti observantia est recepturus; videlicet patrociniū supremi hujus universonum Domini, benedictiones, quibus cumulatur, & quæcumque excogitari possunt, ut corda licet faxea flectantur ad amandum Deum, qui prior ipsos tantopere amaverat.

Josue qui Moysem subsequutus Israeliticū populo præfuit, cum extremam sibi diem imminere prænosceret, prædecessorem suum imitatus omnes collegit vires, animamque omni populo Dei legem præteritur, ut eundem ad hanc servandam hortaretur, atque ut fœdus olim jam percussū cum Domino intauraret. Verum inter cætera hoc illi præsertim commendavit: Hoc tantum diligentissime præcavete, ut diligatis Dominum Deum vestrum. Josue 23. Poterat ne summus ille vir erga Deum amorem testari magis, quam ea utens potestate, atque auctoritate, quam habebat in populo, eidem præ ceteris Dei charitatem commendaturus?

David præ reliquis fortasse veteris testamenti hominibus flagrantissimum erga Deum filium amorem nobis testatum reliquit; hoc enim præclarum eidem perhibet testimonium Ecclesiasticus: De omni corde suo laudavit Dominum, & dilexit Deum, qui fecit illum. Eccl. cap. 47. Ipse quoque dicebat Deo: Diligam te Domine fortitudo mea, Psalm. 17. Et alibi passim exprimit animi sui sensus, & desiderium, quo videndi, ac possidendi Deum suum tenebatur, quo videndi, ac possidendi Deum suum tenebatur: Quando ventum & apparebo ante faciem Dei? Illum cordis sui Deum appellat, & proficitur se nihil præter illum querere, & diligere, atque se velle fideliter legi ipsius adherere: Quid enim mihi est in celo, & a te quid volui super terram? desecit caro mea & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. . . mihi autem adherere Deo bonum est, ponere in Domino spem meam. Psalm. 72. Denique de illo vocibus summo repletis affectu ita loquitur, ut legentibus, vel audientibus eundem amorem inspirant.

Exempla Novi Testamenti.

Sancti Petri amor erga JESUM præsertim enituit; nulla enim occasio desuit, ubi aperitissime testatur non sit illum, quo flagrabat, charitatis ardorem; hoc tamen peculiari quadam modo præ-

par se tulit, cum ter ab eodem interrogatus utrum ipsum amaret, & plusquam ceteri amaret, dolore inde confectus fuit perinde ac credidisset Salvatore ipsum de ejusdem dilectione dubitare: ipse autem responso satis liquido hunc cordis sui aperit sensum, ubi ait: Domine tu omnia nosti; tu scis quæ amo te. Joan. 21. Verum cum facti non sit profiteri verbis, quod a nobis diligatur Deus; & Deus ipse penitiores cordis latebras intueatur, tutiora ad hoc probandum requiruntur argumenta, nempe actiones. Quinam certius hoc Apостоło probavit le toto vite spatio dolore contabuisse, eo quod Præceptorem suum, ac Dominum passionis ejusdem tempore negaverat; qui deinde laboribus confectus fuit, ut eundem Crucis materiam subiret, ut similis illi fieret, qui pro mortaliū omnium salute illum ipsum supplicium pertulerat?

S. Joannis amor erga Dominum.

Quis dubitare posset de ea charitate, quam dilectus inter discipulos S. Joannes illum prosequutus est, a quo prius tantopere fuerat dilectus? si ille præ ceteris dilectus fuit, nonne inferendum est, ipsum ideo magis, quam ceteros dilexisse? Amicitia enim non aliud est, quam mutus inter duos amor, quibus unum tantummodo est cor. Cum autem hujus amor discipuli responderet affectui quo eundem Filium Dei complectebatur, nonnisi ardentissima charitate charitatem pensare poterat; quapropter in singulis dies Domino suo jucundior, gratiorque fiebat, qui eundem prævertebat, ac prior illum amaverat, hac unice de causa, ut se eidem præberet amabilem. Hinc viri charitatis Discipulus appellatur; quoniam eadem totum illum cor undequaque flagrabat, neque de alia quopiam re loquebatur; ipse etiam non in quadam Epistola docuit, amorem hunc in verbis non consistere, sed factis esse testandum.

Profani amoris in divinis immunitio in Magda Iena.

Amor S. Pauli erga JESUM CHRISTUM.

Necessè minime puto istic afferre Magdalena exemplum, cujus elogium ipsum etiam Evangelium contextuit, & quæ ex eodem Salvatoris ore hæc verba meruit audire: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Luc. 7. Gratia virtutem tantummodo admireremur, oportet, quæ profanum amorem, cujus fordibus illa peccatrix erat coinquinata, repente in Sanctum Divinumque amorem convertit, atque lascivam mulierem in penitentia sanctissimum exemplar immutavit.

Ut intelligamus, qua Dominice charitatis flamma S. Pauli cor uretur, licet antea insensibilissimus fuisset nominis Christiani persecutor & hostis, satis est, Epistolæ ejusdem perlegere. Modo enim omnes creatas res, & omnia vitæ hujus pericula provocat, ut experiantur, utram ipsum a JESU CHRISTO divellere possint, cui ardus adeo vinculis per charitatem adheret: Quis nos separabit à Charitate Christi? & ad Rom. 8. Quis anathema in eum ejaculatur, qui Divinum hunc Salvatorem non diligit: i. ad Cor. 16. modo se nonnisi pro illum, atque propter illum vivere proficitur: Vivō autem jam non ego; vivis vero in me Christus: ad Galat. 2. Palam testatur se non aliud nosse quam CHRISTUM JESUM & hunc Crucifixum: in Epistolis suis non alio se nomine appellat, quam servum JESU CHRISTI: denique proficitur Salvatorem hunc omne bonum suum esse, suas opes, suam felicitatem: reliqua omnia fœci faciens, atque arbitrans tanquam stercora, dummodo lucrificat, possideat, atque sibi metipso conjungat JESUM CHRISTUM ardenti charitate, quæ mutuo Divini hujus Præceptoris amorem vicissim conciliat. Poteratne verbis magis discretis testari charitatem, quæ erga illum flagrabat, quæ summa erga eundem usus fuerat misericordia?

Quorundam Scripturæ locorum huic argumento applicatio.

Quid sit amare Deum amore existimationis, & prælationis.

Diliges Dominum Deum tuum . . . in tota mente tua. Matth. 22. Deum in tota mente diligere, idem est, ac eundem prosequi amore existimationis, atque prælationis. Quid poro istud est, Deum amore existimationis diligere? profecto est eundem præ omnibus creatis amare, illi cor suum præbere tanquam tributum, quod ens entium omnium perfectissimum decet, & cui citra injustitiam negari non potest. Anima, quæ meditat, atque divinas perfectiones scrutatur, earum pulchritudine ita capitur, ut cætera, quæ non sunt Deus, aspèrnetur, atque contemnat. Intelligit quippe creata omnia in se nihil esse, & quodcumque possident a Deo recepisse, immo quodcumque in illis speciosum ma-

Amor S. Petri erga Dominum.

Iosue mortuus hoc ipsum amantissimus.

Davidis exemplum.

Amor S. Petri erga Dominum.

gis elucefcit, exiguum dumtaxat esse radiolum fulgoris illius, quo omnes Divinæ perfectiones circumdatæ effulgent. Infanum putat Deum relinquere, ut creatis rebus adhereret: Supremi hujus entis magnitudinem cognoscens, atque divinis ejusdem illecta perfectionibus de eodem præstantissimis sibi adstruit ideas; ubi accidit sermo, cum laudibus, observantia, admiratione, summoque dilectionis affectu loquitur; ultra atque libenter illius mandata capeffit; quidquid sibi pretiosius inest, libenter sacrificat; generatim quidquid ad eundem pertinet, veneratur. Quemadmodum lucidissima sydera, ubi sol primos radios emisit, evanescent; ita quidquid in terris pulcherrimum, amplissimum, locupletissimum est, cum illa idea collatum, quam de Deo ipsa concepit, adeo humile, exile, tenuè, atque contemnendum videtur, ut satis nequeat mirari terrena hæc tanto in pretio esse apud mortales.

Fortis ut mors dilectio. Cant. 8. S. Augustinus hæc explicans verba in Psal. 47. & 121. ait: Charitatem æque fortem esse, ac mortem, vel eo quod, quemadmodum morti nemo resistit, neque resistere potest quacumque arte, vel amuleto eandem removere, vel evitare conetur, ita nihil possunt homines contra vim charitatis. Vel alio in sensu: quod sicuti mors fortis est, ut corporis vitam eripiat, charitas et contra fortis est, ut a nobis mortem æternam propulset: vel demum quod charitas quamdam mortis speciem nobis infert, efficiens, ut omnibus terrenis rebus oculos claudamus, Deo tantum, ac propter Deum vitam hanc tradaturi.

Cum Dei populus captivus abduceretur in Persidem, Propheta Jeremia suadente, Sacrum ignem occultit secreto quodam in loco mortuum paucissimis explorat. Cum autem post plurimum annorum intervallo Jerusalem postliminio reversus esset, summa sollicitudine conquisitus fuit ignis ille, qui in profundo loco, quodam quasi puteo, fuerat defossus; nihilque aliud ibi contigit invenire, quam lutulentam aquam, frigidam, & crassam. Cum autem Nehemias Deo vellet offerre sacrificia, quæ præcipiuntur in lege, hæc eandem lutulentam aquam super altare jussit afferri, eique ligna superimponi. Tunc vero summa cum omnium admiratione admiratio ignis exaruit, quemadmodum in Machabæorum historia narratur; quod factum Interpretes nonnulli ita explicant. Hoc idem, inquit illi, in hominis corde accidit, qui quidem profundus est locus, ubi Deus Divini sui amoris ignem effundit, quemadmodum loquitur S. Paulus ad Rom. 8. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Cum autem sæpe contingat, ut propterea quod celestes veritates neque cognoscimus, neque meditamur, ignis iste deserat, atque penitus extinguatur; propter labem voluptatum hujus mundi, quibus se se omnino tradit cor ipsum; in lutulentam aquam convertitur. Ubi vero iustitia fol, qui Deus est, aliquem misericordie suæ radiū, vel aliquod gratiæ suæ lumen in serventi quopiam meditatione dignatur emittere; tunc flamma charitatis licet sopita, atque extincta, rursus accenditur, atque iterum Deum diligere incipimus, & sacrificia nostra eidem accidunt perpetua.

Apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi. Exod. 3. Cum Dei amor in Biblijs appelletur Ignis, quo in Cælo quidem Beati, in terris vero animæ flagrant; dicitur quidem in Cælo similis esse rubo illi ardenti, qui olim apparuit Moyse, ardenti quidem quin comburetur; nihil enim vel purificandum, vel comburendum ibi esse potest, ubi nihil pollutum potest inveniri. Sed charitas Sanctorum in terris est ignis comburens. . . . Deus tuus ignis comburens est: Deut. 4. neque illi satis est omnes peccatorum nostrorum reliquias sancta contritione consumere: per penitentiam, & jugem mortificationem ipsa etiam consumit corpora; consumit vitas martyrum terrarum quibuscumque tormentis; consumit vires, ac valedicendum Apóstolorum assiduis laboribus, quos propter eundem subire tenentur. Efficit; ut illi quidem omnia fortunate, animique bona sibi sacrificent; alii vero opes suas in elemosynas, ac bona opera impendant, suæ libertati abrenunciant; consumit denique quodcumque humanum, vel terrenum in corde repererit.

Dixit Dominus, cujus ignis est in Sion, & caminus ejus est in Jerusalem. Isaia cap. 31. Luculentum sensum his verbis tribuit Sanctus Gregorius. Quemadmodum enim fornax aliquod amplius dil-

Ignis vi charitatis.

Charitas comparatur igni ab Israelitis in Persidem abducentibus homines deesse.

Ignis amoris, quo animæ in terra flagrant, dist. fert ab illo, quo Beati ununtur in celo.

Distinetur aliud inter beatorum, atque mort.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

calis Ch. ritate.

Et, quam ignis simpliciter; ignis enim in minima etiam quantitate esse potest; fornax vero accendit ignem majorem atque ardentiorem completius; ita quoque, S. Pontifex ait, Charitatis flamma hic in terris incipit paulatim sanctis accensa meditationibus vel rerum Divinarum contemplationibus, quod vox illa Stoa videtur innuere; cum interim in Cælo (quod quidem Jerusalem est, vel visio pacis) perfecta erit, & quadam veluti in fornace, ubi omnia Beatorum corda conflagrabit, & in æternum non extinguentur. S. Gregor. homil. 21. in Ezechielem.

Ordinavit in me Charitatem seu vexillum ejus super me Charitas. Cant. 2. Charitas, inquit S. Franciscus Salesius, est tamquam Christianæ militiæ vexillum; est veluti vexillifera virtutum omnium, quibus contra vitia consurgendum est: illam reliquæ sequi debent, atque sub ejusdem vexillo in aciem defendere; & ut paucis dicam, sub Charitatis vexillo Dei Filii, noster imperator, certare nos jubet.

Nihil erat in Templo, quod non auro tegetetur. 3. Reg. cap. 6. Quorum præcipit Deus, ut Templum suum aureis circumdique laminis contegatur? nemo unquam ignorat. aurum esse charitatis symbolum, atque ea tantum intelligenda Apocalypsis c. 3. verba, ut hoc innotescat: Suadeo tibi emere a me aurum ignitum? Jubet ergo Spiritus Sanctus, animam nostram purissimo charitatis auro indui, atque exornari, & nihil in eadem nonnulli micans atque refulgens inveniri.

Deus cor nostrum beneficiis tibi voluit deservire.

In funiculis Adam trabam eos, in vinculis charitatis. Osee 11. Deus homines trahit in funiculis Adam, ubi minas adhibet; atque suæ iræ flagella exerceat ad nos revocaturus, postquam ab eo recesserimus: cum vero beneficiis utitur, promissiones immiscet, & præmia; tunc ut nos in sui observantiam alliciat, vinculis utitur charitatis; nihil enim aptius est ad cor aliquod conciliandum beneficiis, quæ quadam sunt affectionis nostræ erga aliquem testimonia; atque ut ita dicam, cordis esse lingua.

Deus quidem cor nostrum petit cor, Damon vero illud patitur glissulam.

Nec mihi, nec tibi sit, sed dividatur. 3. Reg. c. 7. Ex duabus illis mulierculis coram Salomone certantibus utrius esse quideram infantulus; quæ pati non potuit, ut hic dividatur, atque secaretur bifariam, manifestata tribuit documenta, se vere ejusdem esse parentem, illi vero, quæ divisioni assensuebat, te ejusdem matrem esse supposititiam ostendit: nec mihi, nec tibi, sed dividatur. Ita loquitur demon ille cordis humani usurpator. Similibi fide huic matri, patietur ille coram Salomone folio filium hunc bifariam cædi, quin illo miserationis sensu afficitur; urgebit immo atque instabit, ut hoc citius adimpleatur; cum enim sciat hunc ad se nullo jure spectare, divisum vellet: dividatur. Cum ad illum minime spectemus, libentissime hanc patitur divisionem, dimidium potius possessurus, quam totum amissurus. Haud ægre fert nos ad eodem ad tempus recedere, dummodo in æternum ab eo non divellamur. Hoc tamen tibi non placet Deus meus, cum supremus & unicus sis cordis nostri Dominus, nullam patere divisionem: cum summa nos prosequaris Pater amantissime benevolentia, in alle potius penitus nostrum ipsorum jacturam subire, quam intueri cor nostrum dividi, ejusque partem offerri tibi, reliquam vero mundo atque demoni infensissimis hostibus tradi.

Supereminenter scientie charitatem. Ad Ephes. 3. Ex allatis verbis liquido patet, S. Paulum Apostolum existimasse, charitatem scientiæ toto Cælo præstare; idem enim est ac si diceret: Charitatem, quæ supereminenter scientiæ; vel ex nonnullorum sententia innuere vel, eandem charitatem scientiam esse præstantissimam, quasi diceret: Supereminenter scientiam charitatis: quicumque enim illam possidet, celeriter altissimam Dei cognitionem assequitur. Inter divinarum, naturaliumque rerum cognitionem hoc discriminis interesse docet Sanctus Augustinus, quod altera quidem necessario præcedat amorem, quo terrena quæritur; ejusdem enim esse causa: Charitas vero ut plurimum antecedit æe lumina quæ a Deo recipimus, ipse enim sese communicat diligentibus illum, quemadmodum JESUS CHRISTUS Apostolis dicebat: Vos dixi Amicos, quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. Quamobrem accidit, ut nonnumquam simplices intueamur homines, rudes, atque illiteratos, qui de Deo sublimiora,

ac digniora sentiunt, quam eximia quævis ingenia; quoniam illi Deum ardentiori charitate complectuntur; in charitate vero cognitio sequitur potius, quam præcedat amorem; & Deus mentem hominum suis replet luminibus prout cor eorum eodem est charitate repletum.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, atque Sententiæ SS. Patrum in hoc argumentum.

Ponderibus suis aguntur omnia, & locum suum perunt: Amor meus pondus meum; illo seror quocumque seror. S. Angulinius l. 13. Confess.

Amus, Domine, te amat, qui aliquid tecum amat, quod propter te non amat, Idem lib. 10. Confess. cap. 29.

Qui amat aliud, Deum amare non potest; occupatam habet animam. Idem, alio in loco.

O ignis qui semper ardes, & nunquam extingueris! o amor qui semper uris, & nunquam tepescis! Accende me; & accendar: accende, inquam, ut totus te diligam solum. Idem, in Medit.

Quisquis cognoscit se, diligit se, se oblitiscitur; amat te plusquam se, relinquit se, ut veniat ad te. Idem, in Soliloq. c. 6.

Quid tibi sum ipse, ut amari te jubeas a me, & nisi faciam, irascaris mihi, & miseris ingentes miseria? Hei mihi! parumne est ipsa miseria, si non amem te? Idem l. 1. Confess. c. 5.

Verus amor non sentit amaritudinem, sed dulcedinem; quia seror amoris dulcedo est, sicut seror odii est amaritudo. Idem, l. 13. Confess.

In te delectatur iustus, quia amor tui suavis & quietus; nam peiora quæ possidet, dulcedine & suavitate replens: e contra, amor seculi & carnis, anxius est & perturbatus: Animas certe quas ingreditur, quietas esse non patitur. Idem, in Medit. c. 35.

Qui amat non laborat; & omnis labor non amantibus gravis est: solus amor est qui nomen difficultatis erubescit. Idem, l. 13. Confess.

Quomodo grave est mandatum Dei? Aut enim quisquam non diligit; & ita grave est: aut diligit; & grave esse non potest. Idem, lib. de Natura & Gratia cap. 9.

Væ anime audaci, quæ speravit, si a te recessisset, se aliqua melius habituram! Verge & reverte, in tergum & in latera: & dura sunt omnia, & tu solus requies. Idem, l. 6. Confess. c. 16.

Calum & terra, & omnia quæ in eis sunt, ecce undique mihi dicunt, ut te amem; nec cessant dicere omnibus, ita ut sint inexorabiles. Idem, l. 10. Confess. cap. 6.

Ipsum Deum si amare pigeat, saltem nunc redamare non pigeat. Idem, lib. de Catechiz. Rudibus.

Nihil tam durum atque ferreum, quod non amoris igne vincatur. Idem, lib. de Morib. Eccl.

Charitas in omnibus Dei donis ita excellit, ut etiam Deus dicta sit; Deus enim est Charitas. Idem, Epist. 143. ad Julian.

Nulla major est ad amorem invitatio, quam prævenire amantem; & nimis durus est animus, qui, si dilectionem nolebat impendere, nolit recipere. Idem, lib. de Catechiz. Rudibus.

Nescio utrum magnificentius Charitas commendari possit, quam ubi dicitur, Deus Charitas est: brevis laus, sed magna laus; brevis in sermone, magna in intellectu. Idem, tract. 5. in Epist. Joan.

Nihil præstunt cætera dona sine Charitate; addit Charitatem, & præstunt omnia; detraxit Charitatem, & nihil sunt cætera. Idem, Serm. 50. de Verbis Domini.

Ubi Charitas non habitat, Deus ibi habitat Deus; si autem Charitas ibi habitat, Deus ibi habitat. Idem, in Psalm. 149.

In omnibus Scripturis, supereminenter scientiam, supereminenter scientiam locum Charitas obtinet. Idem, in Psalm. 103.

Quidquid habetas, si Charitatem solum non habetas, nihil prodest tibi: alia si non habetas, hanc habe, & impleri legem. Idem, tract. in Epist. Joan.

Ubi Charitas est, quid est quod potest deesse? Tract. 20. in Joan.

Quæ una Charitas si adit, omnia recte sunt; si autem desit illa, omnia frustra sunt. Idem, l. 2. contra Gæsc. c. 12.

Sicut corpus sine anima mortuum est, sic anima sine

sine charitate mortua reputabitur. Idem, tract. 9. in Joan.

Charitas est animæ pulchritudo: quantum in te crevit amor, tantum crevit pulchritudo. Idem, tract. 9. in Epist. Joan.

Charitas sine gaudio esse non potest. Idem, in Psalm. 76.

Brevi præceptum tibi præcipitur: dilige & fac quod vis. Idem, tract. 7. in Epist. Joan.

Nos ipsos tanto magis diligimus, quanto diligimus Deum. Idem, l. 8. de Trinit. c. 8.

Qui plenus est charitate, plenus est Deo; quia aperte scriptum est: Deus charitas est. Idem, in Psalm. 98.

Firmamentum est salutis, habere radicem charitatis. Idem, tract. 2. in Epist. Joan.

Charitas est columna, & firmamentum diligentibus Deum. Idem, in communibus, Serm. 6.

Animus velut pondere, amore fertur quocumque fertur; jubetur itaque detrabere de pondere cupiditatis, quod accedet ad pondus charitatis. Idem, Epist. 89. ad Hilari.

Si mundi amor habiet, non est qua Dei amor invitet: recedat amor mundi, ut inhabitet amor Dei; melior accipiat locum. Ideo cum exhaveris cor tuum amore terreno, hauries amorem divinum. Idem, tract. 2. in Epist. Joan.

Non est amandum quod amanti & fruenti amatori auferri potest. Cujus ergo rei amor amandum est, nisi qui non potest deesse dum amatur? Idem, lib. 83. Quæst. quæst. 35.

Diligamus id, quo nihil melius est, hoc est Deus; cui si aliquid, diligendo, vel præponimus, vel æquamus, nosmetipsos diligere nescimus. Idem, de 50. Homil. Homil. 35.

Disco amare in creatura Creatorem, & in factura factorem; nec teneat te quod ab illo factum est, ut amittas eum, a quo & ipse factus es. Idem, in Psalm. 39.

Quid est amandum? Quod nobiscum potest esse æternum. Idem, Homil. 37.

Cum dicit Scriptura, toto corde, tota mente, Deum esse diligendum, nullam viæ nostræ partem relinquit, quæ vacare debeat, & quasi locum dare, ut alia re frui velit; sed quidquid aliud diligendum occurrit, illuc rapiatur, quo totius dilectionis impetus currit. Idem, lib. de Doctr. Christ. c. 22.

Sero te amari bonitas tam antiqua, & tam nova! sero te cognovi. Idem, lib. 10. Confess.

Facile quelibet bona possunt perire, que non possunt sine charitate prodire. S. Ambros. lib. 2. de Vocat. Gent. cap. 3.

Nihil amantibus durum, nullus labor difficultis; amemus & nos Deum, & facile videbitur. S. Hieron. quodam in Serm.

Præcipi mihi Dominus Deus, ut diligam te: hoc & possim & abeo. S. Cyprian. Serm. de Christi Bapt.

Theofaurus indeficiens est amor divinus, quem qui habet, dives est; quo quicumque caret, pauper est. S. Basil. in Hexam.

Quo magis in rebus divinis versatus quis fuerit, eo magis accendit flammam dilectionis. Theodoret. in orat. de Charit.

Altare Dei est cor nostrum, in quo jubetur ignis semper ardere; quia necesse est ex illo ad Deum, flammam charitatis indefinenter ascendere. Greg. l. 25. Moral. c. 7.

Divinus Sermo cum Deum diligi præcipit, non solum narrat ex quo, sed etiam informat ex quanto, cum subiungit ex toto corde; ut videlicet qui perfecte Deo servare deperat, sibi de se nihil relinquat. Idem, lib. 10. Moral.

Nunquam est amor Dei otiosus; operatur enim magna, si est; si autem operari renuerit, amor non est. Idem, Homil. super Ezechiel.

Charitas omnium virtutum apex ac veluti arx. Jo. Damasc. Orat. de Domini Transfiguration.

Nullum habere terminum debet charitas, quia nullus potest claudii sine divinitas. S. Leo, serm. 10. de Quadrag.

Ne mihi dicas; diligo Deum, etiam plusquam me ipsum. Verba sunt ista: ostendit hoc ipsi operibus. Si diligit eum plusquam teipsum, dilige plusquam argumentum: & tunc credam, quod & plusquam teipsum illum diligas. Cum vero pecunias propter Deum non contemnas, quomodo teipsum contemnes? S. Chrylost. Hom. 5. in posteriorum Ep. ad Thefall.

Rationalis animus, qui sine dilectione esse non potest, aut Dei amator est, aut mundi. In dilectione

Dei, nulla nimia; in dilectione mundi, cuncta sunt noxia. S. Leo, serm. 5. de Jejunio septimi mensis.

Machina mentis est vis amoris, quæ hanc dum a mundo extrahit, in alta suscit. S. Gregor. l. 6. in 5. cap. Job.

Cum amat Deus, non aliud vult quam amari: quippe non aliud amat nisi ut ametur, sciens ipsa amore beatos qui se amaverint. S. Bernardus serm. 83. in Cant.

Non sine præmio diligitur, qui sine præmio est diligendus. Idem, alicubi.

Quantitas cujusque animæ estimatur de mensura charitatis quam habet. Serm. 27. in Cant.

Amor dignitatis nescius, dignatione dives, affectu potens, suavis efficac. Quid violentius? Triumphat de Deo amor. Quid tam non violentum? Amor est. Idem, Serm. 64. in Cant.

Vere dulcis & suavis cibus charitas, quæ seffo alleviat, debiles roborat, jugum veritatis facit suave. Idem, tract. de Gradib. humil.

Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Urget me ratio & justitia naturalis totum me tradere illi, a quo me totum habere sentio; & ex me toto diligere. Idem, in tract. de amando Deo.

Causa diligendi Deum Deus est. Idem, ibidem.

Dignus plane qui redametur: quia ipse prior dilexit nos. Ibidem.

Modus diligendi Deum est diligere ejus modo. Idem, ibidem.

Dulcis tyrannus amor. Greg. Nazianz. orat. 28. Martyrium cordis. Bernard. serm. in Signum magnum.

Sit in te charitas, & erit plenitudo scientiæ; quid enim nescit qui scit Deum diligere, qui charitas est? S. Aug. in Psalm. 79.

Non præcipi Scriptura nisi charitatem, nec culpatur nisi tepiditatem. Idem, lib. 3. de Doctr. Christ. cap. 10.

Non tam virtus potens, quam virtutum potentia dicenda est charitas, omnium intima vis ac medulla. Riccard. a Sancto Victore.

Solus amor est quæm a nobis Deus exigit, aut cum beneficiis obtinet, aut cum flagellis corripit: denique quidquid divina lege indicitur, ad solum amorem reducitur. Solve tributum amoris, & Domino noveris esse satisfactum. Idem.

Charitas virtus est, in qua nec minimum opus respuitur, & sine qua nec maximum acceptatur; non prædicatio, etiam si fiat linguis Angelorum; non fides, etiam si montes transferat; non elemosina, etiam si facultates exhauriat. Idem.

Charitas sponte potest deseri, non violententer auferri; offertur omni, auferitur nulli; ita ut nullus, nisi suo vitio, illa careat. Idem.

Insuperabilis virtus charitatis! quæ ipsum quoque insuperabilem superasti, dum vitium amore Deum humillarit semetipsum, formam serovi accipiens. Hinc illa fidelium invicem constantia, qua suppelicia & mortem calcantes læti per medias mortis fauces ad patriam revertuntur. Idem.

Vere magnus est qui magnam habet charitatem. Lib. 1. de Imitatione Christi.

Non colitur Deus, nisi amando. Augustin. in Psalm. 77.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia ad hoc argumentum hauriri possit.

Charitas erga Deum, ex Magistro Sententiarum 3. dist. 27. Amor est vel dilectio, qua Deus amatur propter ipsum: vel ex S. Augustino, lib. 2. de Doctr. Christ. est motus Animæ, quo sapimur ad fruendum Deo propter ipsum. Hinc tamen potius per habitum quam per actum definienda videtur; insula videlicet virtus, qua homo Deum amat propter ipsum, proximum vero, & reliqua propter amorem Dei, quæ quidem definitio magis congruit cum Apostoli sententia dicentis ad Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis; ubi S. Augustinus, lib. de Spiritu & Littera, hac inquit: Charitas Dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non qua nos ipse diligit, sed qua nos facit amatores suos. Cum dicit Apostolus charitatem esse in cordibus nostris diffusam, non ea intelligenda charitas est, qua Deus ipse nos amat, sed illa, qua efficit ut ametur a nobis. At actualis amor, quo

Charitas erga Deum definitio.

BIBLIOTECA CENTRAL U.S.A.N.L.

quo Deum amamus, non est in cordibus nostris infusus, sed potius ex cordibus effusus in Deum: hac igitur verba de habitu charitatis intelligenda sunt; quod notandum erit, ne aliquid in hoc argumeto confundatur.

Victoria
hujus praecepti.

Charitas proculdubio virtutum omnium est praestantissima, Deum enim immediate respicit, & per se ad illum nos trahit. Itaque inter virtutes, quae Theologales vocantur, primum obtinet locum, atque ab ipsis Theologis reliquarum virtutum forma, anima, & vita; omniumque meritorum nostrorum fons & principium vocatur. Dicitur omnium supernaturalium virtutum forma, quoniam earum perfectio est, eisque tribuit esse, vim, & actionem, quandoquidem sine charitate nullius virtutis sunt coram Deo. Illarum quoque vita est; ubi enim charitas absit, caeterae virtutes mortuae sunt; ideoque mortua fides est cum non operatur per charitatem, quemadmodum inquit S. Paulus; qui ubi docet nos a fide iustificari, intelligendus est de fide, quae vivificata est per charitatem. Vocatur denique etiam meritorum omnium principium, radix, vel fons; seu quod sine illa quaecumque bene fiunt, nullum in aeternitate praemium merentur; seu quod minima etiam, & quae in seipsis indifferenter videntur, summum nanciscuntur praemium, cum sunt propter charitatem. Quapropter ut omnia quaecumque facimus in hoc spiritu charitatis faciamus, suadet Apostolus: 1. Cor. 16. Omnia vestra in charitate fiant.

Charitatis
praecipuum
legem omnium
complectitur.

Lex universa duplici hoc praecipio charitatis continetur, ut videlicet Deum super omnia, proximum vero tanquam temetipsum diligas. Verbum Incarnatum, quod & abbreviatum dicitur, in compendium rededit, atque universam doctrinam suam in duobus his praecipis comprehendit, ad quae caetera redeuntur: in his duobus universa lex pendit, & Prophetae, Mat. h. 22.

Hic est legis totus finis, quemadmodum caeterorum, lapidum, lignorum, & caeterarumque rerum congeries respicit aditum tanquam finem, ad cuius constructionem reliqua omnia referuntur. Quam ob rem licet hoc praecipuum sit unicum, virtualiter tamen reliqua omnia complectitur, & nulum est, quod per illud non compleatur, nam quemadmodum JESUS ipse ait apud S. Joannem cap. 14. Qui habet mandata mea, & servat illa, ille est qui diligit me.

Cur hoc
praecipuum
maximum
& primum
vocetur.

Praecipuum hoc, quo Deum ex toto corde &c. iubemur diligere, maximum est, atque primum omnium. Maximum quidem est 1. propter necessitatem; nisi enim hoc adimpleatur, salvi esse non possumus; quam ob rem hoc unum sufficere ait Sanctus Augustinus: *Sola caritas sufficit, si adit, caetera omnia nihil prosunt, si caritas sola desit.* 2. propter charitatis praestantiam, quam Sanctus Paulus 1. Cor. 13. appellat virtutum omnium maximam, atque amplissimam: *major autem horum est caritas.* 3. propter utilitatem; hujus enim praecipii observantia reliquorum omnium observantiam complectitur, & suavitatem, & suavitatem, quoniam rationali naturae conformis est, & nihil suavius, & jucundius esse potest, quam summum bonum diligere.

Amor Dei
praecipuum
est, non
rationem.

Sanctus Thomas 2. 2. quae. 184. art. 3. post Sanctum Augustinum docet: Amorem Dei super caetera non esse consilium simplex, sed praecipuum, atque late patens, ac legis ejusdem verba; licet magnam hoc praecipuum in terris nequeat expleri ea cum perfectione, qua adimpletur in Coelis: Hoc est, a nobis Deus est diligendus, quantum in nobis est; atque hoc praecipuum non est sicut caetera certis finibus conclusum, ultra quos non fit nisi consilium: sed nobis Deus ex totis viribus amandus est nobis quo toto pectore incumbendum ut vires ipse in nobis augeatur; majorem in dies gratiam studentibus assequi, ut magis, magisque in hoc amore progrediamur, quemadmodum ait S. Paulus.

Quomodo
illud in
hac vita
adimpleto
possimur.

Idem S. Thomas 2. 2. quae. 24. art. 8. considerans hominis perfectionem in Dei amore consistere, & JESUM CHRISTUM in Evangelio praecipere, ut simus perfecti, quaerit, utrum in hac vita perfecta charitate Deum possimus diligere. Ad questionem hanc solvendam supponit, hanc amoris perfectionem spectari posse, vel quatenus ad obiectum amoris qui Deus est; vel quatenus ad eum, qui diligit, hominem videlicet in hac vita positum; vel demum quatenus ad veri amoris circumstantias, & conditiones pertinet. Quatenus ad Deum spectat, norma atque men-

sura hac amantibus servanda est, ut sine ulla mensura diligant, quemadmodum ait Sanctus Bernardus. Ut igitur Deus hoc pacto diligeretur, infinito amore diligendus esset, quod mera Creatura praestare minime potest, cum Deus usque seipsum tantum amare possit, quantum meretur amari. Hoc igitur nobis est adinveniendum, ut in hac re nullos nobismetipsos limites circumscribamus, sed in dies semper majorem in nobis charitatem inflammare studeamus. Quatenus ad amantem pertinet, charitas perfecta vocari potest, vel quod spectat ad actualem atque perennem amoris fervorem, vel quod ad complementum conditionum earum quas requirit superius dictum est, & quarum rationem tertio loco spectandam esse diximus. Quod pertinet ad fervorem actualem, assiduumque, charitas in hoc mundo perfecta esse non potest, sed tantum in Coelo; namque vite hujus egestates, atque occupationes non sinunt mentem, animamque semper atque indefinenter Divino huic obiecto vacare. Verum enim vero si conditiones, & vere charitatis circumstantias intrinsecas, quae petunt, ut Deum ex toto corde, atque ex omnibus animae nostrae viribus sine ulla divisione, atque exceptione diligamus: non solum potest, verum etiam debet charitas nostra esse perfecta in hac vita; atque inter reliquos Calvinii errores hic quoque recensetur, quod videlicet charitatis praecipuum in hoc sensu, & hoc modo desumptum, hominibus in hac vita servari posse negavit.

Idem quoque natura nos docet a nobis Deum ante caetera esse diligendum, idque duplici ex causa: primo, quod ultra id amamus, quod in se bonum est, pulchrum, atque perfectum. Verum de Deo non aliam nobis ideam ratio adstruit, quam quod sit ens summe perfectum, ea omnia possidens, quae anorem nostrum sibi possunt conciliare. Secundo, naturali quodam instinctu id amamus, quod nobis beneficii: bruta ipsa quoque sentunt beneficia, ut eos ament, a quibus patiuntur. Hinc Sanctus Bernardus post Sanctos Basilium, atque Chrysostomum tenet naturali hoc praecipio infideles quoque teneri ut Deum super omnia diligant; natura enim vox palam in sonat in imo cordis nostri, & naturalis iustitia docet, ex toto corde esse diligendum, cum homines, omnia, atque semetipsos debere ignorare non possunt. Quod tamen de naturali tantum amore intelligendum est: supernaturalis enim nequit haberi sine habituali charitate, quam debet Deus in cordibus nostris producere, & sine actuali gratia, qua ad Deum diligendum impellimur.

Si igitur Deus amore actuali & assiduo in vita, ac semper amari non potest; quaerit fortasse quomodo ad quid explicite praecipit hujus, ut a quo & in Veteri & in Novo Testamento nemo unquam liber exiit, teneamus. Respondent Theologi; teneri primum, ne quid audeamus, quod sit oppositum amoris, quem debemus Deo; vel quod unum & idem est, ne huic amoris quocumque aliud bonum anteferamus; quapropter si seise nobis offerret occasio, vel subeundi bonorum, amicorum, immo vix ipsius iacturam, vel praecipuum hoc infringendi; amor, quo Deum prolequi debemus, efficere debet, ut libentius quarumcumque rerum detrimentum patiamur. Ad hoc per intervalla exercere tenemur, a quo effugere actus amoris; hoc enim praecipuum non negativum tantum est, quod semper obliget, & ad semper; sed etiam affirmativum, quod aliquando in opus redigi debet, & aliquando non obligat; & obligat saepe.

Addit etiam Sanctus Thomas per hanc legem, atque praecipuum Deum nequaquam nobis praecipere amorem benevolentiae, atque sensibilem, qui non semper est in nostra potestate: ideoque ait ille, animi quies perturbanda non est, si nonnumquam majorem in nobis pro rebus creatis, quam pro Deo, experiamur amorem; satis est a nobis Deum ante caetera diligere, atque ut ubi concurrat adit, reliqua potius abdicemus, quam Dei charitatem. Ad hoc docet per hanc cordis, animaeque totalitatem, quae in hoc praecipio continetur, non prohiberi ordinatum rerum creaturarum amorem. Hoc plane constat, nam secunda lege, proximum tanquam nosmetipsos amare iubemur: quod supponit legitime nos amare posse nosmetipsos post Deum tanquam primos; quandoquidem postulat, ut hic sapiens amor, quo nosmetipsos complectimur, sit tanquam exemplar illius, quo proximum amare tenemur. Idem docet demum, qua ratione

Praecipuum
naturale
est Deum
super omnia
diligere.

Quomodo
virtutes
omnes ad
charitatem
tem redi-
untur.

Quomodo
Deus
mandat.

a nobis diligendus sit Deus ex toto corde, atque ex tota anima; quod bifariam ait esse intelligendum, tanquam finem nostrum, & appetitiae; videlicet Deum a nobis esse diligendum veluti obiectum omnium amorum nostrorum finem, & centrum omnium affectionum nostrorum; ita ut si aliud quidpiam diligimus, illud in Deo, ac propter Deum diligamus. Quod vero ad amorem appetitativum pertinet, diximus jam, Dei amorem caeteris quibuscumque rebus praefendum esse, nosque paratos esse debere, ut caetera omnia huic amori sacrificemus.

Quid cha-
ritas ad-
versatur.

Hinc inferre possumus cum eodem Sancto Thoma 2. 2. quae. 24. art. 12. peccata omnia, quaecumque tandem illa sint, huic amori adversari tanquam unum extremorum ejus. Peccatum mortale velut infensissimum sibi hostem respicit, cum quo ne minimum quidem momentum potest permanere; veniale autem tanquam actum adibus suis contrarium, licet cum habitu suo minime repugnantem. Inter omnia tamen peccata venialia illa magis abominatur, per quae creatis quibuscumque rebus ultra quam par est animus noster afficitur, & in Dei charitate tepescit. Post hoc vero; si liceat assignare extremum aliquod excessus in amore Dei, contra quem, verolequendo, nonnulli per defectum peccant; illud erit, nempe in excessum impingere, cum Deo amorem nostrum testari cupimus per ea, quae eidem non placent; vel cum plura conamur elicere, quam status noster, ratio, & gratia possunt.

Essentia
charitatis
non locus
ac fides in-
divisibilis
est.

Charitatis essentia non secus ac fidei indivisibilis est. Quemadmodum si ultra de uno tantum articulo ab Ecclesia ad credendum proposito, dubitavero, nullum jam divinae fidei articulum credo; ita cum negligo, vel infringo aliquod legis praecipuum, nulla iam in me charitas est. Licet enim, ut ait D. Thomas, & major, & minor charitatis; minor tamen aequae, ac major, ad praecipuum omnium observantiam sese debent extendere, ideoque legis plenitudo vocatur non solum propterea quod hoc praecipuum reliquis praestat, verum etiam particulariter, quod in unitate sua omnia praecipua complectitur, nullum excludit. Ita Amor Dei in illius anima, qui vere amat, generalem quandam statuit dispositionem, ut ea omnia faciat, quae iubentur, nihil vero faciat ex iis, quae vetantur. In hoc sensu intelligenda sunt illa Sancti Jacobi cap. 2. verba: *Quicumque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.*

Quomodo
virtutes
omnes ad
charitatem
tem redi-
untur.

Illis, quae haecenus dicta sunt, id etiam addi potest, quod a S. Augustino docetur, videlicet quemadmodum praecipua omnia ad Dei amorem redeuntur, ita omnes etiam virtutes quodam in sensu unam tantummodo, eandemque charitatem efficere, quae multifariam variatur, a quae varia desunt nomina pro obiectorum, quibus adhaeret, varietate. Hinc sequitur etiam omnia, quaecumque a veris fidelibus sunt, unum eundemque esse Divinae charitatis actum, qui varias species, atque formas desumit: *omnia bona opera unum opus sunt charitatis*; quae sunt Divi Augustini verba in Psal. 89. Id vero nequaquam putes intelligendum, quasi praeter charitatem alia nulla sit virtus, vel ea, quae aliarum virtutum consilio facimus, neque meritoria sint, neque Deo accepta: hoc tamen est intelligendum, virtutes illas a charitate vel praecipuas, vel ordinatas esse debere, vel saltem cum eadem esse conjunctas, ab eo videlicet exercitas, qui habeat charitatem.

Quomodo
Deus
mandat.

Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Marc. 12. 30. Quae verba a plebiscis doctoribus ita explicantur. Deum ex toto corde diligimus, cum ad illum accedimus, & cum illo coniungimur omnibus cordis nostri motibus, atque in eundem omnes affectus nostros convertimus. Ex tota mente diligimus, cum mens in ipso occupatur, cum ipse est praecipuum cogitationum nostrarum obiectum, & in eo curam omnem nanciscimur, ut divinas ipsius perfectiones, aeternaeque veritates meditemur. Diligimus illum ex tota anima, cum in omni facultatum animae nostrae usu eundem respicimus, & in id unum intendimus, ut digni ipsi inferviamus. Eum denique diligimus, cum eidem sedulo obtemperantes in his rebus omnibus, quas nobis praecipit, eundem semper ob oculos habemus, & minutissima quaeque ejusdem praecipua servantes, illud

lum nobis tanquam unicum omnium actionum nostrarum finem statuimus. Haec tamen, quam attulimus, explicatio non obest quominus istidem verbis aliae etiam aequae naturales applicationes deferantur, quemadmodum Concionatores non pauci praestiterunt.

Sanctus Franciscus Salesius tract. de Amore Dei considerat Divinum hoc praecipuum amandi Deum a Concilio Tridentino dilectionis potius, quam amoris nomine inditari; quamvis enim dilectio amor est, tamen non est simplex amor, sed amor cum electione conjunctus, uti verba significant, atque ipse etiam Divus Thomas animadvertit. Quorundem autem isthuc? ut intelligamus Deum electionis amore diligendum esse, amore videlicet, qui amoribus omnibus praevaleat debet, omnibusque affectionibus nostris imperitare; amore, qui ardentissimus, & generalis sit; qui toto cordi nostro dominetur; qui omnes animae facultates occupet; qui maxime sublimis, & constans sit; qui mentem omnem repleat, & totum animum, atque virtutem exerceat &c.

Haec omnia alii verbo explicant, dicentes: Amare Deum, quemadmodum lege iubemur, non aliud esse, quam eundem amore praerelationis diligere; videlicet illum non ex aliqua utilitatis nostrae ratione, vel aliquo sympathiae ductu diligere: sed primam illi sedem tribuere, ipsi sexcentis de causis debitam, quin aliquid unquam cum eo compararetur: semper paratos esse, ut ejusdem amicitiam tueamur, eique in omnibus rebus placeamus quarumcumque etiam rerum impendo; ita ut Dei magnitudine, atque perfectionibus rite exploratis cum Archangelo Michaelae dicamus: *Qui ut Deus? Quid unquam esse potest, quod cum Deo valeat comparari?*

Licet amor, quo SS. Viri erga Deum in hac vita flagrant, sit toto Coelo minor, minusque perfectus, quam Beatorum in Coelo charitas; hoc tamen eidem privilegium inesse videtur, quod majus aliquid est amare Deum sub fidei integritate absconditum, eumque etiam nos assidue atque percutientem diligere. Hoc saltem constat, Beatorum amorem & necessitatis, & gratitudinis amorem esse, qui non crescit amplius, nec efficit, ut illorum sanctitas augeatur: cum interim Sanctorum amor in terris amor sit electionis, & meriti, amor, qui in dies semper & recipere, & virtuti recentia dare potest incrementa.

Verum est nos, quamdiu vivimus, certos esse non posse, utrum habeamus charitatem, quemadmodum Sapiens ait: *Nescit homo utrum amore, an odio dignus sit*; quod non solum intelligi potest de amore, quo nos prosequitur Deus, verum etiam de charitate, qua illum diligimus; si enim alterum liquido innotesceret, sequeretur, ut alterum etiam teneremus. Non desunt tamen nota quaedam, quae morale nobis amoris hujus certitudinem possunt adstruere: quarum haec praecipua sunt. Prima; reputare utrum Dei praecipua diligamus: hoc enim indicium ipse Dei Filius suppeditat: *Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit me.* Joan. 14. Altera; utrum parati simus non solum ad mortem potius subeundam, quam andendum aliquid quod Deo possit displicere; verum etiam ad ea omnia cum alacritate, & hilaritate praestanda, quae eidem accepta esse cognoscimus; & non aegre ferendas cruce, tribulationes, & persecutiones, quibus ille nos probare desiderat. Tertia denique; utrum saepe recogitemus Deum, utrum illi cor nostrum offeramus, eaque occasiones inquiramus, quibus amorem nostrum eidem testari possimus cum S. Petro dicentes: *Domine tu scis, quia amo te.*

Sanctus Augustinus hanc proponit quaestionem: *Causa nostri erga Deum amoris est Deum amare, an Deum diligere? an potius utrum eum diligamus, quod nos amat. Nos illum diligimus, inquit Sanctus Joannes Apostolus, eo quod ipse prior nos dilexit: unde Doctor ille concludit, donum Dei esse amare Deum, & ipsum nobis largiri, ut eum diligamus; quoniam qui ab eo dilectus non est, illum non diligit. Abiit tamen quod haec argumentandi ratio nostrae faveat infirmitati; neque putes, si frigidus es, si Divino Amore non flagras, hinc esse quod a Deo non amaris: etenim nonne Deus satis suum erga te amorem testatus est Filium suum tradens pro te? Ad haec quot gratis, & peculiaribus beneficiis amorem erga te suum testatus non est?*

Quod spectat ad alterius vitae felicitatem non una est

Quo amo-
re Deus sit
diligendus.

Sanctorum
amor in
terris qui-
buldam ia-
rebus fu-
perat Be-
atorum a-
morem in
caelo.

BIBLIOTECA CENTRAL
U. A. N. C.